

auch ursprünglich sind, 'de necessitatibus' statt des üblichen 'pro necessitatibus suis' in der Arenga, 'omnibus' statt des gebräuchlichen 'perpetuis' oder 'perennibus temporibus' blieben unangetastet. Die Korruptelen sind in die Noten verwiesen.

In nomine¹ domini dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Ludewicus divina ordinante providentia imperator² augustus. Si sacerdotum ac servorum dei petitiones quas³ nobis de necessitatibus innotuerint ad effectum perducimus, non solum imperialem exercemus consuetudinem, verum etiam ad beate retributionis mercedem talia nobis facta credimus profutura. Quapropter notum sit omnium⁴ fidelium nostrorum industrie presentium scilicet et futurorum, quia [vir] venerabilis⁵ Hildegimus *Catholanensis* ecclesie Halberstadensis episcopus, que est constructa in honore⁶ Christi sui que prothomartiris Stephani super fluvium Holtemna in pago Hartingowe, cuius *parrochia pii patris nostri Karoli imperatoris augusti [decreto⁷] statuta et determinata est hiis pagis Darlingowe et Northuringowe et Belkesheim Hartingowe Suavia et Hasigowe*, veniens ad nos detulit nobis emunitates *sancti* genitoris nostri *pie semper venerandi*, in quibus continebatur, quomodo ipsam sedem sub plenissima defensione et emunitatis tuitione semper habuisset. Pro firmitatis namque studio petiit⁸ nos idem prefatus episcopus, ut ei denuo similia pro mercedis nostre augmento concedere et confirmare deberemus. Cuius petitioni pro divino amore assensimus et ita in omnibus, quia iuste et rationabiliter petiit, per hanc nostram auctoritatem studuimus confirmare. Precipientes ergo iubemus, ut nullus iudex publicus neque quislibet ex iudiciaria potestate seu aliquis ex fidelibus sancte dei ecclesie ac nostris in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones quas moderno tempore iuste et rationabiliter possidere videtur in quibuslibet pagis et territoriis sitas vel quidquid deinceps eciam propter amorem divinum collatum est⁹, ad causas audiendas vel freda¹⁰ exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut homines ipsius ecclesie tam ingenuos quam servos iniuste distringendos aut ullas redibitiones vel illicitas¹¹ occasiones requirendas ullo umquam tempore ingredi aut exactare presumat. *Insuper etiam prescriptorum incolas omnes pagorum prefate ecclesie decimas suas fideliter persolvere pro divino amore iubemus et donamus*, ut omnibus

1) 'honore'. 2) 'Romanorum'. 3) 'que' in Hs. 2, 3 und im Texte der MG. 4) 'omni'. 5) 'quia Hildegimus . . . episcopus venerabilis'. 6) 'honorem'. 7) Ergänzung der MG. 8) 'petivit'. 9) 'est et'. 10) 'feoda' Hs. 1, 'fenda' Hs. 2. 3. 11) 'villicatus', auch im Text der MG. und bei Schmidt, UB. I, 2.